

1569

ASCETICI.

1570

nis; de quo plura utroque *Volume* dixi.

DCLXVIII.

R. 1991

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 204. f. maj. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus, olim *Fratrū*, ut praefertur, *Carthusiensium prope Pragā*, qui fatentur: *Istum librum dedit nobis reuerendissimus pater dominus Johannes de kytlicz Episcopus Misenensis* (inter an. 1393—404.) continet I. *Tractatum de septem itineribus eternitatis*, qui incipit: *Eum, qui uenit ad me, non eiciam foras. Job. XVI. Augustinus in libro de cognitione vere uite dicit. Cum Christus uia ueritas et uita dicatur &c.* Nulla neque hic, nec ad calcem *Bonaventurae* mentio, licet *Tractatus iste* passim illi tribuatur, compareatque in *Opp. omn. Editione Lugdun. 1668. T. VII. p. 184.* ubi tamen observo, *Dist. VII. et ultima ad hanc sententiam: Bonum operatum fert dulcedinem in gustu, et gaudium in corde;* subpressum esse auctoris *Alberti M.* nomen, quod in Codice legitur. Si temere istud accidit, salva res est, sin data opera, suspicari quis posset, cum συγγεγοι fuerint *Albertus* et *Bonaventura*, timuisse Editores, ne e citato *Alberto* dubium quibusdam suboriatur; an *Tractatus* non potius ad *Asceten* aliquem *Bonaventura* posteriorem sit referendus. Praeterea deest sub finem in

DCLXX

F f 2

Codice proluxa περικορη, quae in *Edit. incipit: Odor autem &c.* et terminatur: *feliciter terminat.*

II. fol. 34. *Incipit liber de spiritali perfectione interioris hominis ex collatione et institutione sanctorum patrum a magistro beynico de frimaria editus. Cassianum* in hoc Opere typis, quod sciam, nunquam expresso compilavit notus hic Eremita *Augustinianus*, cuius varia Scripta jam a me relata sunt, omnia ab *Ossingero* in *Bibliotheca Ordinis* enumerantur, qui bene observavit, praesens istud perperam a *Trithemio n. 589.* in duo distinctum fuisse. Constat illud *Libris XXIV.* ut vocat, *parcialibus* in sua Capita tributis, quorum *Elenchi* ubique praecedunt. Ipse vero *Praefationem* ita orditur: *Istum librum pro honore dei et edificatione legentium studiose concepit magister beynicus de frimaria* (al. *Vrimaria*) *sacre theologie professor ex libris collationum et institutione sanctorum patrum. In quo plurima puncta continentur &c.* Et re ipsa nihil paene *Documentorum* sublimioris *Asceseos* per decursum desideres. I. *I. tractat de octo Vitiis capitalibus. II. de Cordis puritate. III. de Discretionem &c.*

III. fol. 84. succedunt *S. Bernardi Sermones LXXXIII. in Cantica*, tribus igitur ultimis pauciores, quam exhibet *Editio Opp. Mauriana T. IV.* Inscripti sunt hoc rubro: *De tytulo istius libri et quod per excellentiam appellatur cantica canticorum sermo primus*

mus

1571

CODICES

1572

mus sancti Bernardi. Initium: *Vobis fratres alia, quam alijs de seculo &c.* Textus sat castigatus est, et ad calcem non plane vere additum: *Hec scripsit beatus Bernardus super Cantica. qui morte preventus ulterius non processit.* Accedit copiosus Index Rerum alphabeticus.

## DCLXIX.

R. 3005. Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 121. f. per duas columnas bene scriptus, et coloribus enotatus comprehendit I. *Pharetram Doctorum, Tritemio dictam Scintillarium* five Senfa PP. collecta de diversa Morum doctrina, et in IV. *Libros* distributa, quorum quilibet 50. numerat *Capita*, eorum Elencho singulis Libris praefixo. Praefatio ita orditur: *In conuersionis mee primordio cum ob mentis recreationem &c.* et ipsa *Compilatio* est *Bonaventurae*, ut *Vol. I. P. 1. col. 1189.* et *P. 3. col. 2637.* dixi, et ejus *Opp.* Editio *Lugd. 1668.* T. VI. p. 99. f. testatur. In praesenti *Exemplo* alphabeticum *Indicem* ad calcem habet.

*Optimus ille Status mihi, Amice, videtur et Ordo,  
In quo par cunctis olla, cuculla, calix.*

Pluribus foliis adnotatum est, *Codicem* quondam fuisse *Fratrum Carthusiensium iuxta Pragam extra muros*, atque illorum aliquis *Thecae posticae Catalogum Librorum* inscripsit partim, ut ait, de

II. fol. 75. sequitur *Liber de fructibus Penitentiae*. Sed id a secunda manu. *Admonitio praevia* haec est: *Quia peccantibus mortaliter post baptismum sola penitentia remedium est ad uitam. et ut ait Ambrosius facilius inuenies qui seruauerit innocentiam. quam qui congruam egerit penitentiam. ut a multis qui potius iridentes quam penitentes sunt plenius agnoscatur. que sit uere penitentiae forma. mihi quidem peccatori satis utile uisum est ex sanctorum patrum sententijs qui de hac materia scripserunt ante nos plurima. flores pauculos colligendo penitentiae modum ordinemque describere et hoc opusculum per CXCIV. capita subiecta distinguere.* Sequitur igitur *Index Capitum*, sed tantum *CLXXXIX.* Per decursum vero *CXCII.* numerantur. *Horum 1. inscribitur De fructu Penitentiae* et incipit: *Omnis arbor que non facit fructum bonum &c.* Postremum *De labore manuali* desinit: *antefertur maria que audiebat marthe que ministrabat.* *Compilatorem* ignoro. *Extremis* adscriptum *Distichon*:

*Maurbach (Carthusia Viennae adfita) allatorum, partim comparatorum in Praga, quos inter nihil singulare.*

DCLXX.